to lib. 21. §. 1. Cod. tit. lib. fin. Cod. fam. her-
econd. legatum vero tanquam accessorium sustinetur,
etiam sine testamentibus ad legatum requisitus, Ante-
quod sine C. hoc tit. Nec obstat nov. 107. c. 3. ibi:
propria manu scripta, dictaque coram testibus: nam
senus est divisus, ut legata in testamento scripto
sint scripta, & in nuncupatio dicta coram testibus.
Hoc privilegium non conceditur pari condenti testa-
mentum inter liberos naturales, & spurious; bene vero
mati, respectu cuius habentur pro legitimiis ad her-
editatem capienda, l. 2. ff. unde agnati, §. 3. In de-
Scto Orphitan.

18. R. 2. Secundum ex privilegiis est testamentum
militare in actuali expeditione, aut confictu factum,
ad quod plus non requiriunt, nisi ut conferat de voluntate
testatoris militis, etiamque quid in vagina, aut clypeo
litteris sanguine suo rutilantibus adnotaverit: lapso
autem anno expirat tale testamentum, l. 15. C. de te-
stam. milit. l. 38. ff. ed. Ad testamentum militis in
castris extra confitum sufficiunt duo testes, l. 24. ff.
de militar. testam. in hyberni vero, seu fortalitis ne-
cessarie sunt ordinarii militemates pr. In de milit. te-
stam. ubi de hac materia plura legere poteris.

19. R. 3. Tertium ex privilegiis est testamentum
ruficorum; & probabilitate nobilium ruri degentium,
ad quod, si plures habent non possunt, sufficiunt quinque
testes, non pauciores, l. fin. C. b. t.

20. R. 4. Quartum ex privilegiis est testamentum
tempore saevitus pestis conditum, ad quod sufficiunt
7. testes successive adhibendi, vel duo, si pestis ve-
hementissime graefetur, ex communis praxi, l. 8. C.
hoc tit.

21. R. 5. Quintum ex privilegiis est testamentum
judiciale, seu apud Altam factum, quod publica fide
judicis sustinet etiam sine testibus, si scriptum judicii
offeratur, vel oretenet coram eo fiat, l. 19. C. b. t.
cum vero relatio talis testamenti ad acta sit actus juridi-
ctionis voluntaria, fieri potest hoc testamentum extra
locum judicii, v. g. in domo propria testatoris; dum-
modo judex, vel eius delegatus adit cum duobus,
vel tribus accessoriis judicis, ut clare colligatur ex cit.
19. C. de testam. in ex illis verbis, cuiuscumque ju-
dicis inferitur, hoc testamentum fieri posse coram ju-
dice alias incompetente, cum & hujus anchoritas cum
suo consilio supplice posse defectum testium. Nec ob-
stat, l. 19. in fin. c. b. t. nam ibi requiruntur testes,
non ad valorem testamenti, sed si opus est, ad proba-
tionem, quod testamentum fuerit principi oblatum,
vel apud acta conditum. Huic testamento judiciali æ-
quivalat, imo praevalit testamentum principi oblatum,
feu seruitus testum cit. l. 19. cum auctoritas principi
omni defectum solemniter abunde supplet, si-
ve ci libellus testamenti offeratur, five ore tenus
coram eo fiat. Porro, ne frus illa accidat, non foli-
tius, sed & probabilitus est, testatore teneri perso-
naliter offere principi, vel judici libellum testamenti,
non vero per nuncium, aut litteras, cum facile scri-
ptura pro scriptura supponi posset: ita colligatur ex cit.
19. C. b. t. ubi verba diriguntur ad ipsum testato-
rem.

De test mentis privilegiis ad causas pias dictum est
supra q. 3.

§. 11.

De Institutionibus, & Substitutionibus.

22. Nota 1. Institutionem heredis esse primam voca-
tionem aliquius ad hereditatem: secus testamentum sine
illa non valet l. 3. ff. debis, qua in testam. del. Heredes
autem est ille, qui ex testamento, vel ab intestato ex
lege, in universum jus defuncti succedit, & fictione
jurius eadem persona est cum illo l. 59ff. de R.J. l. 37.
ff. de acq. hered. ipsa vero hereditas est successio in
universum jus, quod defunctus habuit, l. 62. ff. de

R. J. Porro heredes sunt in triplici differentia: nam
1. Alii sunt necessarii, tanum, qui in testamento scri-
psi noientes, volentes hereditatem adire debent, ut
heredi. 2. Alii sunt necessarii, & simul sui, qui nec-
essario institui, & necessario hereditati se immiscer-
tim debuerint; ut filiiam, in patria potestate consti-
tuti. 3. Alii voluntarii, seu extranei, qui pro placito
testatoris iuris, & pro placito suo hereditatem rece-
perire potuerunt; ut liberi emancipiati, & quicunque
ali extanei. Hec de jure antiquo: jure moderno omnes
liberti, five sibi, five emancipi exequenti sunt, ut
necessario institui debent, vel nominatim exhereditari;
in hoc tamen cum eis dispensatum est, quod cum suo
damno non teneantur, si non velint, hereditatem ac-
ceptare: ita haec habent rit. In de hered. qual. l. 37.
ff. de acq. her. Illam questionem speculativam: ad testa-
mentum ipso iure corrut, an vero tantum resumptione
sit obnoxium, si liberi emancipiati sint præteriti in eo
examini in meis Disp. Civ. disp. 9. cont. 10.

23. Nota 2. Quod substitutio est secunda, seu sub-
ordinata hereditatis in locum primi heredes. Et
hec est duplex: Directa, qua substitutus immediate,
& sine facto hereditatis primi ad hereditatem vocatur in
casum, si primus non vult, vel non potest heres esse;
& cons. si primus heres hereditatem ait, substitutio
ista evanescit: Indirecta, obliqua, seu fideicommissaria,
qua primus heres institutus gravatur, ut hereditatem totam,
vel ejus partem substitutio restituit. Is, qui re-
stituit, vocatur heres fiduciarius: is, qui restituens,
heres fideicommissarius: id quod restituens, vocatur
fideicommissarius; puta ex eo, quia testator fidei hereditis
committit, ut alteri substituto hereditatem restituit.
Cape utriusque exemplum: Titus heres esto: & si Ti-
tus heres non erit, Caius heres esto: hec est substitu-
tio directa: rursum: Titus heres esto, eumque rogo,
hoc est, jubeo, ut hereditatem Cajo restituas: hec est
substitutio indirecta, seu fideicommissaria. Ex his patet
utriusque discrimen. Directa subdividitur in tres
principales species: vulgaris, papillaris, & exempla-
rem: & tres secundarias: compendiam, reciprocam,
& militarem: de quibus infra, cum de fideicommissis
ageur seq. §.

24. Q. I. Qui possunt heredes instituti? R. Omnes,
qui specialiter non prohibentur, five sine clericis, five
laici, five religiosis, five communites; immo Deus,
Sancti in celo, & anime in purgatorio heredes in-
stituti possunt, eisque reliqua applicantur cultui divino,
aut pauperibus l. 26. C. de Sac. Ecc. Prohibentur autem
tamen aliqui tanquam incapaces, qui ipso jure redduntur
inhabiles ad institutionem, aliqui tanquam indigni,
qui mero jure heredes sunt, sed sine effectu qui her-
editatis eis auferunt: Incapaces simpliciter sunt: Ju-
dai. l. 1. C. Iudei. 2. Heretici non tolerati, l. fin. C.
de heret. c. 13. §. credentes de heret. 3. Perfec-
tores S. R. E. Cardinalium c. fin. de pen. in 6. 4. Fili
perduellum, l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj. 5. Fratres
minores S. Francisci, quibus tantum moderata legata,
non vero excessiva in fraudem Constitutionis permit-
tuntur, Clem. un. §. quia igitur de V. S. At dominus
professus S. J. heredes scribi possunt; sed immobilia
vendere tenentur, & pecuniam in usus necessarios con-
verte. Incapaces secundum quid sunt: Imperator in
causa litis §. fin. in quib. mod. testam. infirm. Filii
spurci, & naturales, de quibus infra. Indigni absolute
sunt, qui violentam testatoris mortem non sunt ulti,
vel tabulas aperuerunt ante questionem homicidii, vel
testatore occiderunt, vel qui calumniose testamentum
impugnauerunt, vel qui testatore mutando testamen-
to prohiberant: & alii, qui referuntur rit. ff. de his,
qua ut indigni rit. Cod. de bis, quibus ut indigni
rit. ff. de Scto Silan. Indigni secundum quid sunt:
capitales iniuncti testatoris, vel qui ei maledixerunt,
vel in odium hereditis testamentum celarunt &c. de quibus
cit. rr. & alibi suis locis.

25. Q. II. Qui necessarii heredes instituti debeant?
R. 1. Heredes sui, & necessarii, seu liberi in po-
testate patria constituti; ut filiiam, & nepotes, & qui
his exequenti sunt, scilicet filii emancipiati; & deficientes
bus defecundibus, pater, mater, & ali ascendentibus.
Hi ergo necessarii instituendi sunt, vel nominatim in
testamento exhereditandi rit. In de exheredit. liber. nov.
115. cap. 3. & seq. Fratres non sunt heredes necessarii
iii:

iii: si tamen persona turpis, ut meretrice, leno, adul-
teri, & hujusmodi instituerent, agere possunt ad resci-
ficione testamenti §. 1. In. l. 27. C. de inoff. test.

26. Q. III. Quomodo, & ab quas causis fieri possit
exhereditatio, seu exclusio hereditatis ab heredi-
tate? R. 1. Ne heres necessarius videatur in testamen-
to præteritus, exhereditandus est omnibus bonis nomi-
natim, & cum expressa causa exhereditationis: secus te-
stamentum quod institutio hereditatis est nullum,
vel ipso jure, si heres suis est præteritus, vel quod
effectum reficiuntur, si filii emancipiati, aut ascenden-
tes sunt præteriti: cetero vero capitula testamenti salva-
menter, Nov. 115. c. 3. & 4. Deinde causa ista spe-
cifica exhereditationis per heredem probanda est.

27. R. 2. Causa legitimæ, ob quas pater exhereditare
potest liberos, ex cit. Nov. fuit quatuordecim: Si
pater maledixit, vel gravem injuriam inquit, de qua
gravitate judex judicabit. 2. Si pro patre incarcerated
noluit fidicubus. 3. Si parenti violentias manus intu-
lit. 4. Vel illum criminaliter accusavit, excepto crimi-
ne in principem commissi. 5. Si parentem furiosum
neglexit. 6. Si ei grave damnum dedit. 7. Vel infideli-
tati struxit. 8. Si captivum non redemit. 9. Si testamen-
tum condere prohibuit. 10. Si filius, ut maleficus cum
maleficio versatus est. 11. Si hisurionem exercitat. 12.
Si neverce se miscuit: hoc tamen in materia ita odio-
sa non debet extendi ad incestum cum matre, utpote
ratiuum. 13. Si fiat hereticus. 14. Si filia ante annum
25. libidinose vixerit, & ut ita viveret, honestum
matrimonium respulerit. Quod non extenditur ad ca-
sum, quo filia sine consensu patris nupsi, etiam im-
pari: cum ad matrimonium sit fuit juris: nisi particu-
lari statuo aliud caveretur: quod statuum multi pro-
bant, multi improbant, utpote inimicum causa spiri-
tuali matrimonii.

28. R. 3. Causa, ex quibus liberi exhereditare pos-
sunt parentem, sunt octo: 1. Si pater criminaliter ac-
cusavit filium. 2. Si captivum neglexit. 3. Vel vite
eius insidiatum est. 4. Si furioso alimenta denegavit.
5. Si testamentum ex pecunio calxens condere prohibuit.
6. Si matrem interfecit. 7. Si nupsi se miscuit. 8. Si
factus est hereticus. Causa vero, ob quas frater
fratrem exhereditare potest, in casu, quo turpis persona
heres institutus, tunc numerantur in Nov. 22. c. 47.
si mortem ei machinatus est, vel grave damnum intu-
lit, vel capitaliter cum accusavit. Præter has ingra-
titudines quas aliae, et graviores, non sufficient ad
exhereditationem per cit. Nov. 115. c. 3. pr. ibi: ut pra-
ter ipsas.

29. Q. IV. Quo modo, & forma fiat institutio her-
editatis? R. I. Quacumque verborum formula:
etiam aequivalentes heres significatur, v. g. Tito
omnia mea relinquo. Conflitus tamen est hoc nomen
heres exprimere, ut non codicillar, sed testam-
mentum repertetur l. 15. C. b. t.

30. II. Institutio facienda est ex proprio arbitrio te-
statoris, cum sit eius ultima sententia, l. 1. ff. qui testa-
fac. Unde institutio in alienum arbitrium collata non
valer, v. g. is mihi sit heres, quem Caius determina-
vit l. 32. ff. de her. inf. nisi testator in genere institu-
tat heredes; & electionem unius ex pluribus alteri
committat, v. g. ex fratribus meis is mihi heres esto,
quem Caius elegerit: quo casu si Caius nullum eligit
etiam omnes fratres ad hereditatem admittantur, arg. l.
17. §. 1. l. 24. 27. & hereditatem ff. de legat. 2. Nec ob-
stat et. 13. b. t. nam textus iste non procedit de dispo-
sitione institutiva hereditis, sed exequativa, ut heres bo-
na defuncti expendant pro arbitrio suo, v. g. ad pias
causas, vel hereditatem alteri restituant; vel de illo, qui
ex pluribus designatis unum eligere debet in heredem: vel
denique, ut alius placer, caput hoc restituant ad in-
stitutionem hereditatis ppi, cuius institutio videtur com-
mitti posse alieno arbitrio: vide Barb. & Gonz. & alios
Interpretes.

31. III. Institutio deberet esse de persona, seu per-
sonis certis, & demonstratis, l. 9. §. 9. ff. de her. infit.
alias substantias testamenti effec incerta, v. g. unum ex
agnatis meis hereditatis institutio. Excepte heredes ppi,
qui generice, & indeterminate instituti permittuntur, v.
g. pauperes, vel captivos heredes institutio, l. 24. & 28.
C. de Epif. & Cler.

32. IV. Institutio fieri potest non tantum pure, sed
P. Remigii & S. Erasmo. Pars II.

c. 3. estque talis institutio utilis propter jus accrescendi, alioisque favores, quos institutio haberet. 3. Legitima computatur ex bonis, et alieno deducto, extantibus: & quidem ex omnibus, cum sit tertia pars totius hereditatis, nisi pater legitimam in certa re constitueret, Nov. 18. c. 1. neque legitima aliquo onere gravari debet, sed tale onus habeatur pro non adiecto lib. 32. 33. 36. §. 1. C. de inoff. testam. Id vero, quod excedat legitimam, sub onere, & conditione reliqui potest, cum libere detur.

35. R. 2. Heres tant necessarius, quam extraneus institui potest in re certa, v.g. Titus heres esto, ei que domini meam in hereditate reliquo, l. 1. §. 4. & l. 9. §. 13. ff. de hered. inf. Nov. 115. c. 5. Et si filius institutio, si heres ex aste, etiam quadam alia bona, ne testator partim testatur, partim institutus decedat, contra l. 7. ff. de R. J. Si vero plures heredes instituti fini in re certa, quilibet caput suum portio nem: reliquum, quod superest, acquireret inter se dividunt, tanquam heredes ex aste, l. 9. §. 13. ff. de hered. infit. Secus estet, si unus institutus in re certa, & aliis in re incerta, seu in residua hereditate, tunc enim illa suam portionem instar legatarum caperet, ad istos vero omnia iura, & onera hereditatis devolventur l. 13. C. de hered. inf. Si plures instituti sumi simplier, succedunt equaliter; si in certis partibus affis, obseruantur dispositio lib. 6. 7. 8. Inf. de hered. infit. Hoc tamen adverte, aliud esse institutum in re certa, & parte certa: nam res certa est aliquid in specie, seu ut philosophi loquuntur, in individuo, ut hie ager, hec domus: pars certa est aliquid in genere, v.g. quadrans, triens affis, seu hereditatis.

36. Q. VI. Quid sit substitutio vulgaris, & quid juris circa illam? R. 1. Substitutio vulgaris (ita dicta quod vulgo a quovis, & cuivis heredi suo, vel extraneo, impuberi, aut puberi fieri posfit) est, qua institutio heres secundum in casum, quo primus heres non erit. Casus autem iste est duplex: *impotens*, si primus esse non potest heres, morte, aut lege impeditus: & *noluntatis*, si primus non vult esse heres. An substitutio expresse in unum casum, v.g. noluntatis, censetur tacite substitutio in alterum casum impotentiae, vel e contra, controvertent legijs. Pro negatione sien in *civil.* disp. 9. contr. 17. quia ex his duobus casibus diversi omisivi habentur pro omni, sicut in l. 10. ff. de liber. & poft. l. 101. ff. de cond. & dem. l. 21. ff. de vulg. subft. 2. Effectus substitutionis vulgaris: precipuus est, quod deficiente primo herede, secunda substitutio, & testamento sustineatur, ut testator neque dici possit intestatus, lib. 69. ff. de aq. hered. 3. Expirat substitutionis vulgaris, si primus heres institutio hereditatem adeat; quia sine defectu condicione, si heres non erit; nisi intra annum negligenter exequi voluntatem defuncti: quo causa lex ipsa hereditatem defuncti substituto, aut hoc amplius C. de fidei. ibi: qui defuncti iudicium. Professi religionem hereditarie successionem capacem, singulis adiuvare hereditatem, quia ius succendendi transferunt in monasterium, Nov. 123. c. 37. Amb. ingressi C. de SS. Eccl. Item expirat, si substitutus premoratus fit testatori, l. un. §. 5. C. de caduc. soli, non vero si institutio et primioriarum: quia tunc substitutio subintret in locum primi instituti, l. 26. & 39. §. fin. ff. de vulg. subft. ceterum si primus heres substitutio restitutio contra additionem, probabile est substitutionem reviviscere, cum restitutio omnia redit in primitum statum. Opponit auctor: quod est probabile, quod defendo in disp. cit. 9. contr. 19.

37. Q. VII. Quid sit substitutio pupillaris, & quid juris circa illam? R. 1. Substitutio pupillaris est, quae parentes liberis impuberibus in patria potestate continuitas substitutio alii sub hac somma, Titus filius mens heres esto, & si heres fuerit, & impubes deceperit, Caius heres esto. Quo causa pater condit testamentum pro se, & filio, ne est intestatus decedat, l. 2. ff. de vulg. subft. Est autem duplex, expresse pro causa pupillari mox allato: & tacita, quae concepit pro causa vulgari, si heres non erit, jam certum est, quod vulgaris expresa tacite continetur pupillarem, v.g. sub hac, si filius mens heres non erit, continetur hec pupillaris, si heres erit, & impubes deceperit, l. 4. ff. de vulg. subft. l. 4. C. de impub. subft. nam pater substituendo in unum casum, si contrarium non expressit,

interpretatione juris presumitur substitutum vocasse in unrum casum. Et similiter ex communis sententia contra Fabrum substitutio pupillaris expressa concepta in casum pupillarem, si heres fuerit, & impubes deceperit, continet tacitam vulgarem, si heres non erit: nam cit. l. 4. de vulg. generaliter loquitur, quod patrem impuberi filio substituens, in unrum casum substitutio intelligatur, sive filius heres non existet, si existerit, & impubes deceperit. 2. Effectus substitutionis pupillaris est, quod substitutus succedat non tantum in bonis patris, sed etiam in omnibus bonis filii impuberis, etiam matre exclusa, saltem si fuerit pupillaris expressa l. 8. §. 5. ff. de inoff. test. c. 1. h. 1. in 6. quia non filius, sed pater testamentum fecit: is vero non tenet uxorem suam, matrem impuberis, hereditatem instituere. Quod vero in vulgaris expresa, est et tacita pupillaris, non excludatur mater, ut probabile defendi dispe. civ. 9. contr. 21. ex 1. fin. C. de inf. & subft. & l. 8. C. de impub. subft. Porro substitutus tabularis pupillares, nuda exstantia hereditas sive, eti impubes hereditati si non innescat; quia ante omnem innescationem est heres, & conf. si moriat, factum est substitutus, l. 1. §. 7. ff. si quis omis. casf. l. 14. ff. de suis, & leg. hered. 3. Expirat substitutionis pupillaris adventu pubertatis, l. 14. ff. de vulg. §. 8. In de vulg. subft. non ramen tacita vulgaris, nisi pubes actu innescat se hereditati, l. 4. ff. de vulg. innescatione, morte substitutus ante impuberem l. 81. ff. de aq. hered. & morte impuberis, ante patrem, l. 11. ff. de capi. cum mortuis impuberis ante patrem non possit habere heredem ex testamento paterno. Hoc tamen causu non exprimat tacita vulgaris, cum diversa sit a pupillari, nisi pater testamentum muterit. Si plures sint substitutus, & prior moriat, non evanescit substitutus secundus; cum si subintret in locum primi, & institutio substitutus censeatur, l. 13. & 41. ff. de vulg.

38. Q. VIII. Quid sit substitutionis exemplaris, militaris, compendiaria, & reciproca? R. 1. Exemplaris, seu quasi pupillaris ita dicta, quod ad exemplum pupillaris introducta sit, est illa, qui patet, aut mater, & quibus ascendunt filio furioso, aut mente capio, heredi a eis institutio alium substitutus in casum, quo filius in tali statu, testamenti faciendo impeditivo, decederet, l. 9. C. de impub. subft. cessat, si filius ad sanum mentem redeat, uti & illis modis, quibus dixi pupillares expirare. R. 2. Militaris est, qui miles ex privilegio iuri substitutio filio etiam puberi, & sanam mens, etiam ex certo tempore, ut hereditas illius devolvatur ad substitutum, l. 15. ff. de vulg. l. 28. 41. §. fin. ff. de vulg. milit. R. 3. Compendiosa est, qua verberum compendiaria plures substitutionum species in se continet secundum diversa tempora, v.g. Caius filius mens esto heres, eique quondamque deceperit, Timurum substitutio. Jam si Caius decedat ante testatorum est vulgaris; si post testatorum in impuberitate decedat, est pupillaris: si tandem post pubertatem moriat, rursum est vulgaris. R. 4. Reciproca est, qua heredes instituti sibi invicem substitutur: ut si unam heres non erit, portio eius alteri accedat, l. 4. & 1. ff. de vulg.

39. Q. IX. An substitutione distinguatur a jure accrescenda? R. 1. Affirmative, nam substitutio habetur ex provisione hominis, & de se est pinguior: jus vero accrescendi ex provisione tantum legis, & minus commoditas affect. Est autem *jus accrescendi*, quo potius unius heredis deficiens, seu non agnita, accrescit portionis alterius cohereditis, ne testator partim testatus, parum intestatus decedat, l. 9. ff. de suis, & leg. hered. 2. Si instituti sunt plures heredes, cinqus alias substitutio est, uno, vel altero deficiente, seu hereditatem non adeunte, potius deficiens accrescit institutio hereditatem adeunti; non vero credit substitutio: cum is non censetur vocatus; nisi in casum, quo nullus ex instituti adiret hereditatem, lib. 30. & pen. ff. de vulg. nisi singulis instituti aliis substitutetur, l. 34. §. 1. eod. De jure accrescendi in legatis dicunt seq. s. Hoc de substitutionibus directis, de quibus utiliter legere poteris in Inf. l. 2. tit. 15. & 16. in Pandectis l. 28. sit. 6. in Codice lib. 6. tit. 25. 26. 27.

§. III.

De Fideicommissis, & Legatis.

40. Nota 1. Fideicommissum formaliter esse substitutionem indirectam, seu obliquam, qua heres five ex testamento, sive ab intestato succedit gravatur, ut hereditatem totam, vel partem ejus restituat substituto: immo ipsi substituto, seu fideicommissarii obligari possunt, ut remotioribus substitutis fideicommissum restituant. Et simile fideicommissum est *universale*, quo restituenda venit universitas vel totius hereditatis, vel certa pars affis; ut quadrans, vel triens: & differt a fideicommissu *particulari*, quo heres obligatur unam, vel alteram rem singulariter restituere: & hodie coincidit cum legato, ut dicunt n. 42.

41. Nota 2. Fideicommissum dividit: 1. In expressum, quo sit expressa testatoris oratione: & *Facitum*, quod sit veris, & indicis equivalentibus: ut si testator velit bona immobilia perpetuo manere intra familiam, & extra illam non alienari. 2. In *Familiare*, seu *Gentilium*, quo pro certa familia constituitur: & quidem si successio alligata est priogenito cum suis descendentiibus, vocatur *Primogenitura*: si vero successio alligata est senioratu, ita ut senior totius familie succedit, vocatur *Majoratus*: cuius hodie rarius est usus, sed ipsa primogenitura vulgo dicitur *majoratus*: & in *commune*, in quo specialiter familia non attenditur, sed successio defertur eis, qui ex presumptione voluntate testatoris vocantur. 3. *In purum*, & *conditionatum* &c.

42. Nota 3. Legatum objective pro ipso regata; formaliter vero pro actu legantis: quo sensu secundo legatum est donatio quadam a defuncto reliqua, ab herede praestanda. §. 1. In de legat. est ultima voluntas, qua definita rem singulararem alium ab herede praestandum, liberaliter relinquit: licet enim res legata mox a morte legantis videatur transire in dominium legatarii, tamen possesso illius tradi debet ab herede: sensu legatarus proprii auctoritate rem apprehendens, tenetur eandem heredi restituere. l. 1. §. 2. ff. quod legator. Differt legatum 1. Ab *institutione directa*, qua huic annexa fuit onera, & commoda hereditatis, & fideicommissu *universali*, quia hoc fit de universalis & titulo hereditatis. 3. A fideicommissu *particulari*, qua hoc fit verbis immediate directis ad heredem, v.g. Cajus heredem meum rogo, hoc est obligo, mando, ut Tito post mortem meam det 100. florenos: *legatum* vero fit verbis immediate directis ad legatarum, v.g. Tito lego 100. florenos. Sablatis his formulis, hodie nulla est differentia inter legata, & fideicommissa particularia, sed per omnia excepta sunt legata fideicommissi, l. 1. ff. de legat. 1. l. 2. C. commun. de legat. & §. 3. In de legatis. Tandem legatum differt a donatione mortis causa; quia ad hanc requiriatur acceptatio donatarii; non vero ad legatum acceptatio legatarii, licet in effectu parva sit differentia.

43. Nota 4. Olim quatuor suffic modos legandi regatos in §. 1. Inf. de legat. 1. Per vindicationem, quo modo res proprie testatoris legabantur his verbis: do, lego, capio, sumto. 2. Per damnacionem, quo modo legabantur res etiam aliena his verbis: heres meus damnos esto dare. 3. Per preceptionem, seu preacceptio nem, quo modo aliquid legabatur hereditibus scriptis, ut uous pro altero aliquid pracepimus caperet, v.g. Caius, & Titus heredes sunt, Caius vero praecepit, seu pracepimus habeo fundum tunculanum. 4. *Sinendi modo* his verbis: finito illum rem illam sumere, sibi que habere: qualiter legabantur res proprie etiam hereditis. Sed formula ista sublate, & legata ad unam naturam reducta sunt, ita ut peti possint, quibuscumque verbis relinquantur, per actionem personalis, re vindicationem, & hypothecariam cit. §. 1. de legat.

44. Q. I. Quid juris circa fideicommissa? R. 1. Omnis testari valens, cuicunque capaci hereditatis relinque paret fideicommissum universale per verba rogo, pto, fideicommissu, vel alii quecumque idem significantia, sive per testam, sive ab intestato, l. 14. 29. C. de fideicom. §. 10. In de fideicom. hered.

45. II. Fideicommissu gravari potest heres institutio, vel intestato, immo etiam ipse heres fideicommissu.

P. Remigii a. Erasmo. Pars II.

rius §. 2. & 31. In de fideicom. hered. item legatus, ut ipse aliquid restituat legatario substituto, l. 8. ff. de jure Codicilli.

46. III. Fideicommissum, quo filius gravatur, est tacite conditionatum; si filius sine liberis deceperit lib. 102. ff. de cond. & demon. l. 30. C. de fideicom. partim ex presumpta voluntate testatoris, quid si de nepotibus suis cogitat, filium non gravasset; partim incongruum est, ut filius, omisiss suis filiis, hereditatem paternam ad alium transferat. Quod si filius in testamento fuit praeteritus, vel alio modo evicit restitucionem testamenti, corruit fideicommissum l. 31. C. de fideicom.

47. IV. Heres gravatus fideicommissu sub conditione: si sine liberis deceperit, profiendo Religionem, facit evanescere fideicommissum, idque ob favorem Religionis cap. 8. de probat. ubi ratio additur: quia intelligentiam non erat sine herede decedere quimonachorum sibi heredem instituit. Idem statutu Aut. nisi rogati C. ad SC. Trebell. ex Nov. 123. c. 36. tum quia ex presumpta voluntate testatoris sub hac conditione: si sine liberis &c. tacite intelligitur altera conditio: si monasterium ingressus fuerit; cum in hac materia favorabilis monasterium fingatur esse monachio instar filii. Exice. nisi heredi substituta fuisset alia causa pia: quia tunc potior est ratio privilegiata expressi, quam taciti. Item quidam excoipiunt illum casum, quo fideicommissum absoluere est relicuum; quia tunc ex aperta voluntate testatoris fideicommissum potest mortem monachi defendendum est substituto. Ex his folvuntur l. 6. ff. de his, qui sui, l. 76. ff. de condit. & demon. l. 7. §. 1. in fin. ff. de adoption. nam adoptivis, & arrogatis, aut naturalibus filiis non est concessus iste favor, ut possint facere fideicommissum deficere; bene vero monasterio.

48. V. Si heres gravatus ante liberos natos habuit fideicommissum, per illos non evanescit, ut colliguntur ex lib. 6. verf. cum auem C. de Infst. & subft. quia testator de his liberis facile cogitare ponit: ergo presumitur heredem gravasse, non obstantibus illis liberis.

49. VI. Effectus fideicommissi sunt: restitutio hereditatis: & si heres adire cam nolit, cogendus est per judicem §. 6. In de fideicom. hered. l. 6. & 14. §. 4. ff. SC. Trebell. neque heres gravare, alienare, vel oppugnare illud potest lib. fin. §. 2. sed quia Cod. commun. de legat. nam talia bona vinculata non sunt pote, seu plene in dominio possessoris; & conf. alienari, vel debitis gravari in prejudicium successorum non debent.

50. VII. Expirat fideicommissum morte hereditis gravatus ante testatorem, vel ante aditum hereditatem §. 1. 2. In de fideicom. her. l. 13. §. 3. in fin. ff. ad SC. Trebell. nam talia casu non est, a quo fideicommissum recipiat, nisi heres fiduciarius jam accepisset mandatum judicis de adeundis hereditate l. 4. C. ad SC. Treb. At si substitutus moriat post testatorem, non evanescit fideicommissum, sed transmittitur ad heredem substituti: cum ei dies cesserit, & jus quae sit a morte testatoris, l. 3. C. de fideicom. l. 27. pr. ff. ad SC. Treb. Item expirat eventu, seu existentia conditionis, v.g. si heredi fiduciarius gravato restituere, si sine liberis deceperit, nascatur unica proles.

51. Q. II. Quale beneficium habeat heres primus gravatus fideicommisso universalis? R. 1. Habet beneficium Trebellianum, seu quartae partis, quam deducere potest ex omnibus bonis Testatoris: quae tamen deducere non permititur hereditibus secundis, seu fideicommissariis, si & illi gravati sunt aliquid restituere, §. 2. Inf. de fideic. hered. l. 22. ff. ad SC. Treb. Trebellianica ita dicitur ab auctore Trebellio, & Annaco Senecco Coss. sub quibus factum est SCum Trebellianum de fideicommissariis hereditibus, ut restituta hereditate, etiam actiones hereditariae transirent in heredem Trebellianum, seu fideicommissarium. At Justinianus in SCum Trebellianum transiit etiam Pegasianum factum Pegaso, & Pufone Coss. de quarta deductione; & ideo nunc dicimus ex Trebelliano non tantum transire actions, sed etiam quartam detrahi, §. 3. 4. 5. & seqq. In de fideic. hered.

52. R. 2. Heres necessarius fideicommisso universali gravatus, prater legitimam, seu trientem deducere potest